



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 8. Patriarcha Ioseph à fratribus derelictus, à Deo adiutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

exemplis veteris Testamenti docetur. 19

go, in periculis, fratrum quoque gratia rara, immò quia ab ipsis fratribus sæpe periculum maximum existit, potuit Iacob haud absone illud vsurpare: *Frater nõ redimit, redimet homo?* quid in meis famulis spei ponã, si frater ipse mihi est metuendus? Ergo confugiam ad DEVM, & dicam: *Erue me de manibus fratris mei.* Quod & fecit DEVS; nam, Esau illi occurrente, succurrit.

Psal. 48.
8.

§. VIII.

*Patriarcha Ioseph à fratribus derelictus,
à Deo adiutus.*

Non contra vnum fratrem, sed contra multos eum occidere statuentes, adfuit Iosepho quoque benignus Dominus; cui & adfuit in ipso carcere, nec enim *in vinculis dereliquit eum*, cum ab omnibus hominibus derelingeretur. O. quàm sæpe homini homo est lupus, quem non solum in fluctibus deserit, sed etiam mergit! Quàm sæpe frater fit fratri, quod Romulus fuit Remo, quod Cain Abelo? Vtinam tunc crederetur, in cælo superesse, qui brachium suum manumque auxiliatricem porrigere vult in terram, dummodo sit, qui respiciat eam, nec frustra sinat extendi,

Gen. 37.

Gen. 41.

§. IX.